

cum ad solemne fœdus pertineat, quod ante inchoatum adversus barbaros bellum, cum Deo inire æquum erat, jure in eo miretur aliquis, quod post captas demum, eversasque duas insignes hostium urbes, usurpata memoretur. Talmudici ergo in סו"ד cap. 7, dum proluxu de isto ritu disceptant, non dubitantes dicunt, hæc omnia eo die peracta esse, quo Jordanis siccatio alveo superatus est. Verum id profectò fieri vix potest ut verum sit. Magnam enim diei partem transitione fluminis assumptam esse quis dubitet? præsertim cum maxima fuerit hominum multitudo, et lapides bis duodeni alii excipiendi, alii statnendi in fluminis alveo. Jam verò in scribenda lege, recitandaque, instruenda arà, in sacrificando, quis non intelligit quantum sit temporis consumptum? Fortassè igitur similis vero videatur, si quis dicat, hanc narrationem mox post circumcessionem et Pascha exponendam fuisse, quemadmodum de statu Michæ, et stupro Benjamitarum mentio est in fine libri Judicum; quæ, si rerum gestarum ordinem spectes, ad ipsum pertinent principium. Est enim frequens in sacrâ historiâ *ἡ ἑρπυρία ἀπορία*. Putat quidem Josephus, Ant. 5, 2, acta demum ista, quæ tractamus, esse, post quintum à transmissio Jordane annum. Et quidem R. Ismael, ut memini me in Talmud Jerosolymitano legere, multis se rationibus confecisse existimat, post decimum quartum tandem annum, ex quo in Chananzam penetrassent, hoc est, divisâ jam tum atque occupatâ hæreditate, istis sacrâ operatos esse Israelitas. Nam ad Mosis jussa quod attinet, putat ille ea, de statuendis duodecim apud Gâlgala saxis modò esse accipienda. Verum ego opinor istos falli ejus fœderis commemoratione, quod ultimo capite hujus commentarii dicitur, quo præsentis fœderis instaurationem esse ego certè censo. Repudiatis ergo et Talmudicorum, et Josephi, et Ismaelis sententiis, cæterarum duarum utra sit ad verisimilitudinem propensior, in medio relinquo. Etenim si pro narrationis serie gesta esse ista lubet existimare, mox post eversam Hai, facile erit ad Mosis jussa respondere: his non tam primum post trajectionem, diem, quam occasionem primam, quæ comoda obventura esset, præstitutam fuisse. Nam absurdum profectò fuerit, his tam sacrâ rebus operam dare debuisse præputatos, quod plane erit necesse, si simul atque trajecterunt, properandum ipsis fuisset ad hæc sacra peragenda. Sin autem credibilis videatur, mox ut circum-

cisi Pascha fecisset, sedus cum Deo percussisset, pro felici auspicio maximi belli faciendi, novarumque sedium condendarum; non est quod magnoperè etiam tum incursionem hostium metere debuerint: ut quos audivimus, initio capitis 3, *Latè* fuisse percussos per id tempus pavore, ut nusquam audent apparere. Videtur quidem *ἡ ἑρπυρία* Galgalis, sive Hai longius fuisse ad Bethel et Garizim usque spatii intervallum, quam quod in terrâ hostili, cum universâ populi turâ, nondum domitis, aut repressis hostibus, confici tutò posset, si montes istos, ut est *ἡ ἑρπυρία*, et vulgò creditur, apud Sichem existisse putemus. Atqui vel multò minus tutum videri illud debet, universum robur militum circumcensis præputis suaviare, et velutâ vincetum dolore maximo, atque impeditum hosti objicere, præsertim cum exstaret veteris Sichemitarum cladis memoria, apud eam gentem ab Israelitis pari casu effecit. Et tamen imperator illic, jussu à Deo, intrepidè exercitum universum circumcivit. Præterea, etsi longiusculum erat illud iter, tamen per continuam vallem minimè impeditum facillè conficere potuit.

Sed quando non una omnium sententia est de hæc re, primum illud est inquirendum disserendumque, ubi locorum montes isti Helal et Garizim existierint. Igitur vir in mathematicis artibus eruditus, atque in orbis regionibus describendis studiosè et multùm versatus, mihi quæ multis nominibus charus, Gerhardus Mercator, seriò contendere apud me solet, utrumque montem propè ab Hai abfuisse, atque ad eam Hai in jugo Garizim fuisse positam; Helal verò intercurrente valle, paululum ad occidentem, versùs Bethel, existisse, atque aram, cujus in hæc historiâ est mentio, planè veteris illius arce vestigio fuisse substractam, quam vîr sanctissimus Abram inter Hai et Bethel posuisse memoratur. Et hanc suam opinionem ille exquisitis etiam rationibus conabatur confirmare, quarum duplex fere, quantum memini, argumentum erat. Alterum ductum ex positu duodecim lapidum, qui è Jordani alveo asportati sunt ad Gâlgala: alterum à tempore, quo, nondum repressis hostibus, turba imbellis abduci longè à castris, quæ in Gâlgalis posita fuerant, non potuerit. Hæc addebat conjecturam quoque ex Mosis verbis, quæ in Deuteronomio, 11, 15, scripta leguntur, cum ille, tanquam ex castris apud Sittim conspectos, et ipsâ vicinitate notissimos istos montes, quasi digito ostendens ait: *Novæ*

ipsi aut trans Jordancem, retrò: quâ iter est ad occasum solis, etc. Denique solet etiam ingenuosè, et scitè, nec minus pie, multa congerere, quibus locum illum, inter Hai et Beth-el, admodum religiosum, et huic nostræ cæremonie multis nominibus aptissimum congruentissimumque esse probet. Postremò etiam Hieronymi auctoritate pugnare: qui in libello de Locis hebræicis confidenter atque affirmatè pronuntiat, montes istos haud procul ab Jerichunte et Galgalis abesse; atque Samaritanos magni et manifesti erroris damnat, qui apud Neapolim, hoc est, Sichem, eos ostendant. Neque verò terret Mercatorem meum, quòd in Judicum historiâ, mons Garizim urbi Sichem dicitur imminere, quòdque illic etiam Allon, aut quereus Moreh statuatur. Producit enim ipse montem Garizim longo et perpetuo jugo inde à Sichem ad Hai usque, atque ulterius etiam ad Jerichuntem, et propè ad Gâlgala. Atque ei subjectam vallem, Moreh, appellatam esse, statuit. Sic ferè sentit Mercator. Quæ si vera sunt, ut sunt sanè minimè absurda, erit expeditissima ratio, cur post eversam tandem Hai his sint operati sacrâ Israelitæ. Sed quando apud omnes jam olim pervagata opinio montes illos propè Sichem collocat, ut dixi, facere non possum, ut planè illi assentiar; neque ut nullis argumentis vulgi sententiam comprobem, Mercatoris infirmem. Primum enim Moseos illos describit his ferè verbis, cum in campis Moabiticis castra habet: *Nonne sunt ultra Jordancem, retrò: quâ iter est versùs occasum solis, in terrâ Chananaâ habitantis in planitie (aut solitudine), è regione Galgalorum, apud Elon Moreh?* Jam verò ex Abræ historiâ constat, Elon Moreh aut ipsam esse urbem Sichem, aut ei proximum locum. Memoratur enim ille, jam tum recens ex Mesopotamiâ veniens, penetravisse pro terram Chananzorum, usque ad Sichem, usque ad Elon Moreh. Et ipsam quidem Sichem esse Elon Moreh statuunt Talmudici in סו"ד capite 7. Ego verò ei oppido propinquum potius fuisse locum dixerim, in quo Abram secessum quereus, primam omnium in Chananaâ aram ei Deus struxerit, à quo excitus patriâ illuc venerat, cum Jacob quoque eodem illo itinere ex Mesopotamiâ in patriam revertens memoretur et ipse pro urbe Sichem substitisse, aramque struxisse, haud dubiè eodem solo, quo ante avus suus Abram. Nimirum locus ipse cum avitâ pietatis admonet, dulcique recordatione tanti viri, atque etiam religione retinebat. Movetur enim em-

nes, atque delectamur eorum locorum conspectu, in quibus hominum, quos admiramus aut singulariter amamus, adsunt ulla vestigia. Et aliqui solemne semper fuit, ut quem locum majores religiosum fecissent, cum posteri, pietatis ergo, elubenter reviderent. Cur autem locus ille, Elon, et Elon Moreh, vocaretur, hanc ego verissimam afferri posse causam censo: Quia fuerit illic, *Ela*, arbor; sive ea quereus sit, sive terebinthus, vel *ἑλῶν*, aut alius speciei quæpiam (nam varia est apud Hebræos opinio). Hoc enim certum est vel ex Jacobi historiâ, defodit enim ille ibidem sub Ela familiarium suorum deos, priusquam ad Beth-el inde migraret. Et Josua noster, paulo ante quàm exiret ex hæc vitâ, cum præsentis fœderis instaurationem celebraret, eodem loco, sub Ela, statum posuit, ut dicemus in hujus commentarii extremo, si volet Deus, quamobrem deinceps appellatus est locus ipse, *Elon Moreh*; hoc est, quereus, sive terebinthus, aut abies statua. Nemo enim dubitare potest, quin Ela, et Elon, atque etiam Allon, eadem una positio sit. Sed ante ab Abramo Elon Moreh nominatus fuerat, quia cum illuc ipse pervenisset, Deusque ei apparuisset, et simul terram, cujus ipsum esset possessione olim amittaturus, ostendisset, inquit, Gen. 12, 7: *Semini tuo dabo terram istam*, à tam fausto monstratore, hoc illi nomen posuit *Moreh*, quod *monstratorem* significat. Et de his hactenus, Nam explicatius dicentur iterùm cap. ultimo, ad vers. 26, si vita suppetet.

Porro quòd Mercator montis Garizim longum jugum à Sichem ad Hai, et ultra producit, id sanè illi facillè nemo concesserit, opinor, nisi certis rationibus probet. Certè Josephus non uno loco hanc quam explicamus cæremoniam, apud Sichem actam esse pronuntiat, ibique montes istos collocat. Qui profectò, ut in illis regionibus nato, atque educato, vix ausim ea in re fidem negare. Ad hæc, Talmudici, ut minime, diversis duobus in libris, eosdem hos montes circiter sexaginta millia passuum ab Jordane abesse scribunt, apud quos sunt hoc ritu, atque his sacrâ Israelitæ defuncti. Denique nostrorum hominum, qui loca illa peragrârunt, ad unum omnes, quos ego certè legi, exiguo intervallo illos à portâ australi novæ Sichem distare, prodidertunt. Sed inter alios Borchardus sanè diligens scriptor, qui decennium totum in illis regionibus studiosè est volutatus, ait, propè ab illâ urbis novæ portâ abesse fontem celeberrimum, quem Jacobi

nominant; et supra fontem exstare duobus verticibus assurgentem montem, quorum verticem alterum Garizim, alterum Hebal etiamnum accolae putant fuisse olim. Sed dices, hanc accolam, atque etiam Talmudicorum et Josephi opinionem inde à Samaritanis illis esse profectam, et mansisse in vulgo, quos à divo Hieronymo inscitiae damnatos fuisse dicebat Mercator. Atqui ego Hieronymum libelli illius interpretem, non auctorem fuisse contendendo. Est enim ab Eusebio græcè primum scriptus, et deinde à Hieronymo traductus; quanquam aliquot etiam locis hunc de suo non nihil addidisse fateor. Eusebius autem hebraicæ linguæ imperitus, malam illi græcorum librorum fidem religiose secutus, quod in hebræo est, è regione Galgalorum, id credidit solum esse quod habent libri græci, Ἰζαβαλον τῶν Ἰζαβαλ, hoc est, apud Galgal; cum illud, è regione, de locis etiam procul inter se dissitis usurpetur. Est enim hebraicè, *Mul*, idque in Deuteronomii initio, mare Rubrum cum eâ camporum Moabiticorum planitie committit, in qua Moses, paululum ante excessum suum, populo legem explanabat; quæ loca quam longo inter se absint intervallo, quis nescit? Magis ergo accusandus inscientiæ Eusebius videri potest, quam Samaritani.

Porrò ad cætera Mercatoris argumenta quod attinet, quis ei det quod ipse sumit, eosdem esse lapides, qui è Jordane asportati sunt, et in Galgalis statuti, atque quibus in Hebal calce oblitis inscriptum est Deuteronomium? Sanè illos viri singuli tollere, humerisque gestare poterunt; hos prægrandes sumi debere præscripsit Moses, ut tam multis verbis excipienda sufficerent scilicet. Conantur quidem Talmudici, quibus ipsis quoque ea opinio est, ut putent eadem esse saxa; conantur, inquam, illi, sed ridiculis commentis, excusare, quòd tantas moles viri singuli gestasse memorantur. Sed profectò conatu maximo nihil aliud quam nugas maximas proferunt. Ad hoc, illi in Galgalis lapides statuti sunt pro sempiterno monumento siccatis vicini fluminis; quare absurdum fuerit, tam citò inde aliò translatos esse: ne dicam quòd Hieronymus ipsos à Pauli suâ visos in Galgalis, suâ etiam ætate memorat. Denique lapides in Hebal statuendos esse monerat pridem Moses. At de his ex Jordane sumendis subitum videtur esse Dei mandatum, atque improvisum. Et hæc de lapidibus.

Jam verò ad protectionis longiusculæ difficultatem, responsum à nobis supra est, majus

periculum in circumcissione fuisse. Et verò etiam priusquam ipsi Israelitæ hostiliter se gererent, neminem vidimus qui se hostem ipsis opponeret. Neque verò admodum longum est ex Galgalis ad Sicheim iter, et alioqui planissimum est, ut dixi. Nam sexaginta illa passuum millia, quibus Talmudicos definire id intervalum, quod à Jordane ad Hebal usque est, diximus, brevioribus spatii mensa sint oportet, quam vulgò passus solent. In populi enim romani itinerariis, ut vocamus, quæ Antonini nomine circumferuntur, scriptum est, cum à Neapoli, hoc est, è Sicheim, iter Ascalonem, tricis millesimo passu Æliam, id est, Jerusalem, occurrere. Certum est autem Æliam à Neapoli abesse longius, quam Galgala. Quod porrò Mercator montes illos, ut ipso conspectu notissimos, Mosen tanquam digito monstrasse putat, quos si ad Sicheim usque abfuisset, vix oculis è Sittim assequi potuisset, ego tam certam totius Chananææ cognitionem animadvertere videor in Mose, dum moriturus suas cuique tribui assignat in eâ stationes, ut animo ipsum potius illorum locorum descriptione divinitus informato, quam videndi sensu perspexisse Chananæam existimem. Denique pia illa meditatio atque commentatio, quæ religiosissimum faciebat Mercator locum illum, qui erat inter Bethel et Hai, ac planè dignum, in quo sanctissimum hoc fœdus cum Deo ferirent Israelitæ; cum ibi Abram ante, structâ arâ Deum coluisset; Jacob celestem scalam vidisset, atque etiam post ipse aram posuisset; ut alia, quæ ille accuratè commemorat religionis monumenta præteream, ea, inquam, ejus commentatio plus pietatis quam firmitatis habere mihi certè, visa est. Cur enim non, vel multò probabilius illud videatur dici, Mosen divino Spiritu afflatum, eodem prorsus soli vestigio subtruendam aram mandasse Josuæ, cum primum in Chananæam perduxisset populum, quò Abram, cum ipse primum Chananæam, relicta patriâ, attingisset, aram olim posuerat? hoc est, ut ante ostendi, apud Sicheim. Nam quid magis consentaneum, congruens, aptum dici queat, quam possessionis Chananææ aspiciat Israelitas eo loco facere, quò Abram ejusdem rei olim futuræ nuntium illum letissimum acceperat primum? Atque ubi ille hæreditatis promissæ fœdus cum Deo, positâ arâ, iniverat, priusquam in eam terram progrediretur longius, ibi ejus posteros quoque, cum jam illa promissa ad rem conferrentur, instauratâ prisca prioris fœderis arâ, novo se fœdere

Deo obligare, priusquam ipsam hæreditatem cernant? Illa enim inter Bethel et Hai structa ab Abramo ara, non prima, sed secunda fuit. Hæc illa quoque addi possunt, quæ modò dicebam, Jacobum et ipsum ex Mesopotamiâ reduentem, eodem isto loco apud Sicheim avi sui illam aram instauravisse, atque simulacra, ut falsos deos, sub Elâ arlore, ad quam verus Deus suam Abræ præsentiam primum patefecerat, et hanc hæreditatem monstrârat, defecisset, et tanquam sempiternæ oblivioni dedidisset; Josuam denique, sub ultimam vitæ actum, ad hanc ipsam Elam crevisse statuum, quâ iterum atque iterum fœdus illud antiquum Abræ renovaret, et posteritatis memoriæ in perpetuum mandaret. Mihi certè ista vel multò angustiora quam illa Mercatoris esse videntur. Nolo tamè quicumque existimet, hæc me affirmatè, tanquam certa et fixa dicere, illa verò Mercatoris præ his repudiare. Neque enim ultra in talius progredi possumus, tam longâ vetustate obliteratis, quam ut probabilia sequamur conjecturâ, atque verosimilia proferamus. Et de his hæcenus.

Cæterum universam hanc ceremoniam eò spectare, ut mutuum obligentur Deus et Israelitæ, Moses ipse patefecit verbis disertis, quibus eam jubebat, cum diceret Deut. 26, 47: *Domini profectus es hodie* (hoc est, profiteberis, sic enim interpretor verbum *תָּנַת*.) *tibi fore Deum, teque graditurum per vias ipsius, et observaturum præscripta, mandata, atque judicicia ipsius: denique obtemperaturum ipsius voci. Dominus item profectus est hodie* (hoc est, profitebitur) *te sibi fore populum peculiarem, sicut tibi dixit: ut observes omnia præcepta ipsius: seque effecturum te sublimiorem cunctis gentibus à se conditis, laude, famâ, gloriâ. Atque te futurum populum sacrum Domino Deo tuo; sicut dixit. Et rursus post pauca, 27, 9: Attende et audi, Israel: hoc die factus es populus Domini Dei tui, etc.* Nimium maxima pars eorum qui ad montem Sinaum præsentem pepigerant cum Deo, jam perierant in deserto, ut capite 5 diximus; quapropter de integro populus, nonquam satis sæpè multumque monitus, universè nomen Deo dare, novoque militiæ sacramento ci se addicere debuit, priusquam ad sacrum bellum cum hoste gerendum, deinde ad hæreditatem, et omninò ad divinorum promissorum, quæ olim patribus promissa fuerant, dulcissimum et salutarem usum fructuque admitteretur. Summa autem totius officii, quod respondet, in eo posita est, ut solum Deum ament, ejusque

mandata colant ex animo, neque proximos injuriis affliciant. Sed ut de ipsis ritibus aliquid dicam, qui idèò usurpantur, ut augustiore pompâ sanctum fœdus animos magis afficiat, atque in memoriâ omnium altius insiduet, eodem modo quoque quatuordecim prægrandes statuæ. Duodecim enim postas esse, pro numero tribuum Israel, vel hinc conjicere licet, quòd Moses ipse, hujus ceremoniæ præmonstrator, totidem ad montis Sinai radicem, cum esset populo legem scriptam recitaturus, statuere. Porrò in iis statuæ leges fœderis inscriptæ, oculis omnium subjiciuntur. Deinde struitur ara, in qua publicè sacris operantur sacerdotes. Nempè ut pietas atque religio major in omnium animis versetur, cum rebus divinis opera datur. Nam ex aliis lapidibus aram fuisse compositam, in aliis inscriptam legem, satis ex Mosis apparet verbis, atque etiam eo, quod jam commemoravi, exemplo. Quin ara lapides asperi esse, at ii in quibus erat scribenda lex, tectorio levigari debere. Et est sanè aliud lapides statuere, aliud aram struere. Non sum equidem nescius, Josephum censere, in ipsâ arâ inscriptam fuisse legem. Verum ille auctor sacrorum codicum fidem bonam, sæpè malâ fide secutus videtur, quanquam nolim hanc meam sententiâ anxius cuiquam persuadere voluisse videri. Denique quæ scriptio in lapidibus representata erat lex, eadem vivâ voce, per Levitam, tanquam faciem, pronuntiat, et quidem cum stipulatione assensionis approbationisque omnium. Sacra autem, quibus operari sacerdotes dicebamus, est sacrificio hostiarum, quas holo causta vocant, et quas pacifica, sive prospera quarum illæ ad scelus expiationem, hæc ad lætos rerum successus pertinebant, ut mox dicturi sumus explicatiis. His enim duabus de causis illiusmodi præcidanæ hostiæ metari solebant ante solemnia fœdera. Sicque à Mose sacrificatum est, cum esset legem apud montem Sinaum recitaturus, et cum Amalæctis, sublatis in cœlum manibus, debellasset.

Cæterum cur lapides ex quibus ara constructur, levigari, aut poliri, et omninò attingi ferri vellentur, tantâ sunt in varietate constituta scriptorum sententiæ, ut eas annuere molestum sit. Hebraeorum nonnulli, et inter eos R. Abraham Ben-Esdra, opinantur stultè illi quidem, nefas fuisse eorum lapidum, qui ad rem tam sacram essent adhibendi, particulas scapello abrasas in terram, aut sterqui-

linam decidere. R. Moses Maimonius, in eo libro, cui titulum fecit, Monstratori perplexorum, putat, verendum fuisse, ne ex frustis sacerorum lapidum simulacra formarent sibi idololatra, ad superstitiosos cultus, aut magicas artes. Nehmannus, quem plenis approbationis velis sequitur Bahajaus, non dubitat dicere, poliri quidem nefas non fuisse, sed ferrum, rem ad perniciem comparatam, divino servire cultui non debuisse, à quo rerum salus dependeat: huc enim spectare, quod pro ferro, positum est בַּרְזֵל , perdendi vocabulum, ubi ista lex primùm instituitur à Deo in Exodo: quòdque in exedificando Salomonis templo nullus ferri fuit usus, sive pro materie, sive pro instrumento, ut ne clavi quidem ferri sint adhibiti, sed ænei; ceteroqui ex ferro aptiores futuri. Nam cultri, inquit, quibus hostiæ jugulabantur à sacerdotibus, ad cultum non pertinebant, non magis quàm herbæ, quibus pecudes fuerant nutritæ. Denique quòd ipsi Esau ferrum pro hereditate assignatum Dei instinctu est, cum ei parens diceret Gen. 27. 40: *Per gladium tuum vires*. Hanc opinionem habere etiam vetustiores Hebræi, in commentario בְּרֵאשִׁית . Sic enim illic scriptum reliquerunt: R. Simeon, F. Eleazaris, dicebat, aram comparari ad extendendam prorogandamque hominis ætatem: at hæc ferro amputatur: nulla ergo horum est inter ipsa societas, illis gemina sunt, quæ in *Tanham* leguntur, atque etiam in Talmude. Quin Cicero ipse sic quoque sensit videtur, quando suis legibus as, ferrumque arceat à delubris, ut duelli instrumenta, non fani. Nostris hominibus ferè placet, idè semel jussisse Deum, eas aras quæ interea fierent, dum ipse habitaret in tentoriis, hoc est, ante exedificatum à Salomone templum, loco in perpetuum electo, vel ex terra congesta, vel rudibus modò lapidibus constructi, ut vel citò dilaberentur, vel temerè accumulare moles potius quàm altaria olim viderentur, ne religionum confusio scilicet ex diversis aris, in quibus majores sacrificasset, consequeretur apud posteritatem; cujusmodi malum metuebant Israelitæ, cum audissent Rubenitas, Gaditas et Manassenses ingentem aram posse ad Jordanem; quod suo loco dicitur. Atqui R. Judas in Talmude, בְּרֵאשִׁית , בְּרֵאשִׁית , ipsum etiam Salomonis templum, totum ex rudibus constructum fuisse lapidibus censet, cum neque malleus, neque securis, aut ullum prorsus ferreum instrumentum sonare auditum sit in illo exedificando. Com-

memoratur quidem alibi, lapides grandes, magnique pretii dedolatos ad fundandam domum esse adfectos. Et Salomonis Iherimique fabros gibbosque scalpsisse, atque aptavisse ligna, et lapides, ad struendam domum. Sed illiusmodi lapides, inquit R. Judas, non templi, sed palatii regalis materis fuisse, quod palatium domus vocabulo illic est significatum.

Verumenimverò non est satis firmum hoc Talmudicum argumentum: probabiliter enim dici potest, non esse quidem auditum ullum ex ferro factum instrumentum in eo loco, in quo ædificabatur templum; sed apud ipsam lapideinam, unde lapides, et in Libano, unde ligna dedolata, concinnataque advehebantur Jerusalem. Nam hoc quoque à veteribus Hebræis proditum in Mechila est. Quin id etiam sacra illa narratio, si integra profertur, sentire videtur; sic enim habet בְּרֵאשִׁית , 5 Reg. 6, 7: *Et domus dum struebatur, ex lapide integro adfecto struebatur: neque malleus, vel securis, aut ullum ex ferro instrumentum audiebatur in ipsa domo, dum ædificabatur*. Lapidis igitur, non planè dicit integros fuisse, sed ita integros, ut adfecti fuerant, esse collocatos in opere. Nam verbum, בְּרֵאשִׁית , quod illic habetur, sic interpretatur est etiam Nehmannus, et plerique Judæi. Sed cum hoc loco discrete videtur edicere Deus, profanos esse lapides, atque ineptos struenda aræ, ad quos fabrilis scalprum est admotum, aliam sententiam commentus est R. Levi F. Gersonis, sanè non inscitam. Ab omnibus altaribus, etiam eo quod in Salomonis æde ponebatur, prohibenda fuisse scalpura, ut intelligerent, qui ad ea colerent sibi favorem et gratiam demereri, sacris faciendis, et conciliare satagerent, Deum supdte naturâ perfectum bonumque esse; neque ad sui absolutiorem perfectionemque externum aliquid accipere: sicut Dei aræ nullo opere artificioso, sed supdte materiâ perfecta est. Ab hæc sententiâ hand alienus videtur esse R. Isaac Æramæus, cum scribit, idè artificem manum prorsus ab altarium lapidibus abesse debere, ne id boni, quod apud aras à Deo impetrant homines, humano operi ferre acceptum possint. Rectius sanè, nisi fallor, isti, quàm è nostris quidam, qui hoc significari, magno cum supercilio, censent, Deo nullum placere cultum, quom ipse suo verbo non prescripsit: aut opus, quod sibi humana prudentia ad colendum Deum instituit; vel, Deum manibus hominum coli nolle. Quasi verò ingrata sint Deo omnia, quæ homines sibi ad veram pietatem adminicula

ipsi, nullâ cum superstitione, sed ex animo pio et Dei amante formant, nisi clarè verbo Dei præscripta legantur. Sed quid dicti sunt isti, vel nostri, vel nostri, de Cherubinibus, quæ supra arcam alas expandebant, aut omnimò de elegantissimo arca totius opere? Jam verò ad Nehmanni sententiam quod attinet, et aliorum, qui cum eo ferrum, ut diram materiem, prohibebant à templis, scimus adè non displicuisse hoc metallum Deo, ut in suum etiam thesaurum id inferri, de spoliis Jerichanthiorum, jussisset.

Sed ego in hæc tantâ doctissimorum virorum varietate sententiarum, quæ vera, ut falsa sit, judicare nolo. Neque enim ullam, sine omni dubitatione, aut defendere, aut refellere satis possum. Mihi verò visa est omnis antiquitas, hoc est, et illi patres, qui in veteri Testamento celebrantur, et qui in novo primordia nostra religionis stabiliverunt, aras pro præcipuo totius divini cultus fundamentum habuisse. Hi, quòd super eas pretiosissimæ et gratiosissimæ hostiæ, quæ humanum genus est ab æterno cruciatu vindicatum, id est, corporis et sanguinis Jesu Christi, sacrificium fieri sciunt. Illi, quòd fore aliquando tempus, ehm hoc fieret, præscirent. Et proinde quàm simplicissimas aras parari, neque in ipsis aliquid nos admirari voluisse, præter salutis nostre pretium. Quò illud etiam spectare opinor, quòd majores nostri tantoperè detestabantur, si ullum simulacrum, aut imago in aris conspiceretur, ut est ab Optato pontifice Milevitanus literis proditum. Memorat enim ille, Donatistas, eâ re per eundem procuratâ, catholicorum hominum religionis et sacerorum existimationem violare conatos esse. Et divus Augustinus, illius, opinor, æqualis, quosdam habere statuas pro Deo, inde conficit, quòd eas in aris collocent (1). Sed hæc hæc tenentis.

(1) In hunc et plures alios Masi locos sic animadvertit Josu. Melanus in admonitione quadam datâ Lovanii die 11. decembr. ann. 1573: *Ubi scribit Andr. Masius Optati et divi Augustini tempore aras fuisse simplicissimas, absque imaginibus, ne in ipsis aliquid adiraretur præter salutis nostræ pretium. Quod quidem mihi non probatur, et infirmis argumentis ab eo ex dictorum Patrum operibus colligi non dubito. Sed nactus hic parvi momenti est, neque alicui pernicioso dogmati fomentum præbet. Ut enim denus vigente paganismò Ecclesiam non habuisse in aris suis imagines, quorum tunc rarior usus erat, inde non sequitur consuetudinem illam postmodum in Ecclesiâ malè receptam fuisse, ehm multa posterioribus seculis laudabiliter sint recepta, quæ antea aut*

Verbum בְּרֵאשִׁית hoc est, *eleverat*, sic redditur à Chaldeo, ut nulli certa personæ hæreat. Est enim ille modus loquendi usitatus Hebræis, ut alibi de verbo, בְּרֵאשִׁית me dicere memini. Nos ad imperatoris Josuæ personam retulimus, hoc sensu, quos lapides Josuâ non curaverat admotò ferro scalpsisse aptandisque ad struendam, hoc est, rudes, nec nisi suâ naturali formâ inter se quadrantes. Sed jam duò illa sacrificiorum genera paulum exponamus, בְּרֵאשִׁית , quæ בְּרֵאשִׁית Greci interpretantur, et interdum בְּרֵאשִׁית , in cineres tota redigebantur, et veluti è terris ad Deum amandabantur, cum fumo in cælum sublata, itaque ab ascendendo, hebræum nomen, à concrenando græcum est positum. Erat autem in Mosis institutis præcipuum hoc genus sacrificiorum omnium. Neque aliud majoris pietatis indicium esse credebatur, quippe quo mortales se totos Deo consecrare, et tanquam corpore pensantur, animam cum hostiæ suæ fumo in cælum sustollere putabant. Quia autem speciosissima ista religio species, ut fit, hypocrisis maximâ rarò vacabat (simulare enim magis quam prestare veram pietatem adversus Deum plerique omnes soleamus), idè à sacris vatibus, tanquam parum Deo accepta, sepius reprehensa et exagitata est. בְּרֵאשִׁית verò, quæ nos, *pacifica* diximus, Greci quoque aliquando בְּרֵאשִׁית interdum verò בְּרֵאשִׁית , hoc est, salutaria vocant; genus erat victimæ, cujus solum adipem adolebant, carnem autem epulo absumebant, et quidem eodem, quo mactata erant, die, ut ne inusitata erant, aut parcius usitata. Scio argumenta Masi ab hæreticis ulterius distorqueri posse, ut inferant imagines in aris detestandas esse, et idolis connumerandas; sed satis constat catholicum commentatorem ab eâ illatione alienissimum fuisse. Nihil enim non rei naturæ, sed consuetudini, ut putat, illius temporis. Idè assumit majores Optati tempore imagines in aris detestatos esse, quia præsupponit tunc nec Christianos, nec paganos, aliquid in aris constituisse, nisi quod pro nomine celebrant. Neque aliò spectat quod subdit, divum Augustinum quosdam habere statuas pro Deo, inde conficere, quòd eas in aris collocent.

Rerum naturas distinguit celestis illa contra Faustum Manichæum sententiâ: *Nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamvis in memorias martyrum, constitutum altarum.*

Nos itaque solius Dei altare esse agnoscimus, et quamvis et sub illo, et supra illud, memorias sanctorum laudabiliter conservemus. Quorum prius divi Augustini tempore fuit usitatissimum, posterius postmodum magis increbruit in pæc Ecclesiæ, quam-nunc per iconomachos turbari nobiscum sepius in hoc commentario auctor deplorat.

in crastinum servari ulla possent reliquæ, nisi in unâ quâdam specie, de quâ in Levitico leges præscriptæ sunt pluribus in locis. Hinc Moses, dum in Deuteronomio, 27, 7, præsentem tractat locum, *Sacrificabis, inquit, pacifica, et comedes, letaberisque coram Deo tuo.* Sunt autem hebraicè appellata ista sacrificia, שִׁמְרִים, quia fiebant pro felicibus rerum successibus, quos pii aut flagitabant à Deo, aut ipsi acceptos referebant; unde et gratulatoria quoque dici possunt. Cæterùm qui hoc ritu sacrificabant, si tanquàm publicè attestabantur, profitebanturque, Deum esse unum omnis felicitatis, et eorum commodorum, quæ mortali- bus possunt obtinere, auctorem largitorem- que, atque, ut sic dicam, primum et condum. Nam שְׂמֵרָה, unde istius nomen sacrificiè ductum est, omnem prosperitatem commoditatesque omnes vite complectitur. Sed enim præter ista duo sacrificiorum genera, fuere et alia duo cruenta, וְזָבַח, et שָׁמֵר; sed hæc ad certa duntaxat peccata expianda fiebant.

VERS. 32. — ET INSCRIBEBAT ILLIC IN LAPIDIBUS EXEMPLUM LEGIS, etc. Quod nos exemplum legis latine convertimus, id hebraicè est, si verbum reddas verbo, *iteratio legis.* Græci, et eos imitatus, ut libenter solet, Latinus, dixere, *Deuteronomium*, quo nomine, si quintum Mosis librum significare illi voluerunt, non rectè sensisse, mihi quidem, videntur. Existimo enim, legis vocabulo hic notari formulam illam maledictionis atque benedictionis (nam benedictio qualis fuerit, ex proposito maledictione dilucidè intelligitur), quam formulam Moses pridem præscripserat in istis lapidibus inscribendam, cum perventum in Chanaanæam foret. Ipse enim illam Legis nomine appellavit, cum eam traderet, his ferè verbis, Deut. 27, 8: *Scribes in lapidibus omnia verba legis istius, explicando eam bene.* Et rursus, cum eam concluderet: *Maledictus qui non observaverit verba legis istius, ut ea opere exsequatur.* Ad hoc, explicatè atque dilucidè mox dicitur, cuius legis verba ad populum pronuntiata sint: nimirum, benedictionis et maledictionis (utor vocabulis quæ sacerorum philosophorum propria sunt). Non est autem probabile, neque etiam credibile, aliam legem in saxis inscriptam, aliam recitatam esse. Mera ergo somnia sunt otiosorum hominum, quæ doct. hebr. in כִּי־וָיִשְׁבֵּן fabulantur, de totis quinque Mosis libris, et quidem septuaginta diversis linguis, ut ab omnibus hominibus legi possent, in his saxis inscriptis. Et quæ huius addit auctor libri,

qui inscribitur, De apicibus, inde à libri creationis initio, usque ad extremum Deuteronomii versiculum, ne apiculum quidem unum, aut notulam omissam esse. Nam, ut rectè Nehmannus, deridens illorum stultitiam et stultitiam, ait, fieri illud, nonnisi in supra modum magno saxo potuisset; neque sine occultâ quâdam, et divinâ potentâ, pro ostento. Alii igitur Legis nomine vocari hic putant, decem præcepta, quæ cap. 5 Deuteronomii scripta exstant: quorum præceptorum illa, quam diximus, benedictionis maledictionisque formula, tanquàm explicatio quadam est, præsentis præmii spe, aut pœnæ metu singula animis auditorum intimè commendans. Multi etiam Judæorum arbitrantur, de omnium legum agi compendio, quale ex universis Mosis libris contractum, in suis synagogis legunt quotannis, dum festum Pentecostes celebrant. Sed nihil atinet omnium sententias commemorare, quando quod diximus est verissimum.

Illud verò obscurius mihi videtur: Duodecim illæ benedictiones maledictionesque solæ in lapidibus scripte fuerint, an simul etiam expressa litteris omnia illa verba, quæ toto capite 28 Deuteronomii, prolixè tum pollicentur fausta piis, tum dira minantur impiis? Nam quin hæc ad populum pronuntiata sint, equidem nihil dubito. Hoc igitur in medio arbitrandum dijudicandumque relinquo. Quod enim non satis exploratè mihi percepisse videor, non faciam, ut in eo aut affirmando, aut refellendo, temeritatis meritò accuser. Jam verò etiam illud queri potest, cum nuper constitutum à nobis probabiliter sit, duodecim fuisse positas statuas, unicunice ejus, quam dicimus, formulæ exemplum, incisæ, et membratim in omnibus saxis inscriptum sit, an verò singula exempla solida in singulis. Sed hic ego vix quemquam futurum existimo, qui membratim discretam legem, diversisque lapidibus illatam per partes credere volet, potius quàm solidam singulis esse representatam saxis. Cæteroque neque hic, utrum prorsus verum sit, sed utrum verosimiliter modò, conjecturâ consequi possimus. Certè angustius videtur, et hoc tam solemni fœdere, quod ex æquo ad tribus singulas pertinebat, dignius, in suâ quamque tribum statuâ legem perscriptam legisse. Porrò quando sacra historia sæpè memorat, à prisicis illis viris, pietate claris, positas esse lapideas statuas, adscribam Clementis Alexandrini viri undecumque doctissimi verba, quæ ille de eâ

re scripta reliquit, cum de columnâ, quæ per inviam atque inexplicabilem solitudinem israelitis præibat, disseret. Sic igitur apud eum legitur, Stromat. l. 4: *Σκεπαινὶ δὲ ὁ στίλος τὸ ἀνεκάλωστον τοῦ Θεοῦ ὅτι παρωραμένους στίλος πρὸς τὸ, τὸ ἀνεκάλωστον σημαίνει, διὰ τοῦτο ἰστέος καὶ μέγιστον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἀρρεπτόν αὐτοῦ φῶς, καὶ ἀσχημάτιστον. πρὶν γὰρ ἀκριβοῦσθαι τὰς τῶν ἀγαθῶν σχέσεις, κίνας ἰστέοντες ἐὶ παλαιὰ ἔσθεν τούτους, ὡς ἀπὸ δόματα τοῦ Θεοῦ.* Hæc Clemens, quibus docet, rudibus illis et duris, quasi divini numinis simulacris, antiquitatem significare voluisse, Deum esse omnis figuræ atque formæ expertem, atque insuper stabilem firmiturque, neque ullis mutationibus obnoxium. Sed pergamus.

VERS. 35. — OMNIS AUTEM ISRAEL, ET SENATUS EUS ET MONITORES, etc. מוֹדְרֵי, quos *monitores* sumus interpretati, dixerunt Septuaginta suo more, scribas. Latinus, cum Chaldæo, duces. Sed nos satis multa de isto verbo diximus, capite primo, ad versiculum 10. Rursus illud, *stabant*, reddiderunt illi, παραστέλλοντο, quasi מוֹדְרֵי, legerint. Et perperam fecerunt interpunctionem, post τὸ ἀπέναντι; dicendum enim erat: ἀπέναντι τῶν ἱερῶν τῶν λαϊκῶν τῶν ἀγίων τῶν κείνων, etc. Sed ista ex nostrâ translatione perspicua sunt. Porrò illud, מוֹדְרֵי, quod nos è regione, illi τείκων, converterunt; idque imitatus est Latinus, neque nos refellimus: cum ejus loco in Deuteronomio scriptum sit, מוֹדְרֵי, quod, *justa*, interpretantur Judæi. Sed una eademque manet orationis sententia, utrovris modo illud convertas, nempe, dimidiatam populi partem occupasse eam regionem, quæ erat mons Garizim; dimidiatam, quæ mons Hebal; sive utraque in ipsis montium acclivitatibus, quasi in theatro constitit, sive montes ipsos neutra attigerit, sed in laxiore inter utrosque valle manserit. Cæterùm ora omnium fuisse obversa ad arcam, quæ medio loco à sacerdotibus Levitis sustinebatur, atque promiscuè stetit advenas cum indigenis, hoc est, adscriptiis cum Israelitis, nullo discrimine; et hujus generis alia, sunt à Mose in Deuteronomio explicata: qui aliis tribubus locum benedictionis ad Garizim, aliis maledictionis ad Hebal assignavit. Nam, ut Nehmannus, probabiliter sanè conjecturâ, opinatur, fuit mons Garizim versus meridiem positus; quod dextrum mundi latus semper est existimatum. Ad orientem enim spectamus; dextra autem auspicatoria atque feliciora habentur; at Hebal versus aquilonem, quam malè ominatam esse mundi plagam Jeremias sæpè solet clamare;

ut quæ magnam aliquando in genus humanum perniciem sui emissura. Postrema versiculi pars: *Sicut præceperat Moses terius Domini benedicere populum*, ostendi eos esse ritus observatos, qui fuerant à Mose præscripti. Neque enim ad errorem multitudinis fingi religionis simulacra debent; sed ab iis accepta, et posteris tradita usurpari, quos certum est Domini servos atque interpretes Dei fuisse in Ecclesiâ. Positum est autem benedicendi verbum, quia sola benedictio agebatur. Maledictio verò, tanquàm πάρεργον, subserviebat benedictioni, cuius impedimenta avertibat.

VERS. 34. — POST HEC LEGIT OMNIA VERBA LEGIS, BENEDICTIONEM ET MALEDICTIONEM, etc. Verbum legit, herere personæ Josue, patefacit sequens versiculum. Imperatori enim adscribitur, quod ejus fit iussu. Nam aliqui certum est, non Josuam recitasse populo legis verba, sed è Levitarum ordine aliquem. Hoc enim præscripserat Moses, cum diceret, Deut. 27, 14: *Et incrambatur Levitæ, et dicent ad omnes Israelitas voce altâ: Maledictus, etc.* Cum autem dicitur, *post hæc*, significatur, primùm structam aram, atque super eam sacrificatum fuisse; deinde legem in lapidibus descriptam, mox populum in suas quosque classes, distributos. Et arcam in medium receptam, cum Levitis et sacerdotibus, ac tum demum à Levitâ, tanquàm fecciali quopiam, voce recitatam eandem legem esse. Nimirum majore religione Dei verbum animi percipiunt, postquam rebus divinis opera data est. Refellit ergo apertissimè doctorum hebr. error, qui in כִּי־וָיִשְׁבֵּן totâ hæc narratione sæpè cito, à legis recitatione auspiciatos fuisse hanc pompam prodiderunt.

VERS. 35. — NULLA ERAT RES EARUM RERUM OMNIUM, QUAS JUSSERAT MOSES, etc. Advena qui diversatur inter Israelitas, is est, non qui negotiorum vel mercaturæ faciente, sed religionis gratiâ illos sectabatur, quales Græci, tanquàm voce propriâ, appellârunt παραδύτου, quia à Jæsaie prognati illi quidem non essent, sed ad Israelitarum sacrâ ceremonias se contulissent, et circumcisi vero Deo nomen dedissent, quæ Israelitæ colebant. Ipso autem genere Israelitas idem nominabant nuper, ἀπὸ γένους, quanquàm huic verbo patria potius quàm parentum stirps sit subjecta. Nimirum quia inter indigenas et advenas oppositio est. Monet autem nos hic locus, nullam ætatem, nullum sexum à verbo Dei audiendo arcendum esse, quippe in quo inest doctrina vitæ; vita

aatem ex æquo ad omnes spectat. Atque hic illud quoque animadvertendum est, non modò inani sono atque murmure, sed ita ab omnibus esse audiendum hoc sacrum verbum, ut per ipsas penetret aures, in mentemque descendat; hoc enim sibi vult illa particula, *coram*, quæ non temerè est à Septuaginta reddita, *eis*, *et* *et* *et*, in aures. Nam sic Moses ipse est eam alio interpretatus loco Exod. 54, 7, et Deut. 51, 11, cum diceret: *Recitabis legem istam coram omni Israele, in auribus ipsorum*. Quem enim consequatur fructum vel ex optimâ concione surdus? Et qui potest non surdus existimari in eo quisque sermone, quem vel non intelligit, vel non satis animo assequitur? Sed non eâ hæc à me dicuntur, quòd mysteria omnia, quæ in sacris faciendis effantur sacerdotes, auribus vulgi ingerenda putem; nam hoc ab nascentis Ecclesiæ primordiis factum non esse, veterum liturgiarum, ut vocantur, formam ostendunt, in quibus multa voce submissa missanda verius, quam pronuntianda traduntur. Nam mysteria illa secretiora enuntiare, atque in vulgus pervulgare, quid aliud, quæso, esset, quàm profanare? et religiosa veneratio, in quâ aliqui habentur, ut debent, prorsus spoliata ire? Plurimum quidem refert, ut potius ad justam religionem necessarium est, scire atque opinari populum maxime esse in nostris sacris mysteria. At in quibus ea verbis ritibusque posita sint, id verò nescire vulgus rude, et imperitum, consultus est, ne non satis religiosè scienterque perspecta contemnat ea quæ per admirationem debebat piè venerari. Verùm jam à proposito non nihil declinasse mihi videor. Nam de legis scriptæ verbis caperem agere. Eò igitur redeat sermo.

Dicit ergo aliquis: Si nullo discrimine quilibet Israelitaque advena ad audiendam Moysi legem admittatur, quanta sit eorum vel ignorantia, vel invidia, vel denique inscitia, qui christianis hominibus, non nisi per angustum cœm delectu Christi legis lectionem permittant, vulgusque universum semel prohibendum s'atuant? — Atqui longè aliud est, ex sacerdotis ore, qui Dei administer atque interpret est, legem audire, aliud de scripto eam cognoscere. Et ut lectio etiam, similiter atque auditio, concessa populo Israelitico fuerit (neque enim ego hoc negare audeam, quamvis negent plerique Judæi), alia est Mosaicæ legis ratio, alia Christi. Illa enim propè universa in civilibus sanctionibus versabatur, neque in ritibus sacris, supra

actuosum, sive, ut vocant, externum cultum progrediebatur. Nam secretiorum eius interpretationem tam haberi arcanè volebat Deus, (est enim Esdræ adhibenda fides), ut eam non aliis, quam paucissimis spectatæ virtutis viris tradendam putaret, et quidem, ut Judæi dicunt, verbo tenus modò, ne scripta videlicet, casu aliquo excideret in vulgus. Hæc verò penè tota in illius secretioris interpretationis explicatione distringitur. Equidem tamen, etsi hæc ita se habent, neminem christianum à legis Christi lectione arcerim, qui modò imperare animo suo possit, ut quorum dictorum sententias aut non planè intelligat, aut catholice Ecclesiæ decretis parùm consentanea existimet, ea dicta non pro suo sensu interpretari velit (sumus enim plerique omnes nostratè vitiositate, nunc verò etiam vitioso more, ad prodenda Ecclesiæ dogmata, quæ planè certissima veri rectique norma sunt, proclivissimi), sed piè humilique mente judicium suum sustineat, dum ab iis, quos Deus suorum verborum interpretes et internuntios in Ecclesiâ esse vult, divina sensa percipiat. Sed hæc haec sunt. Est enim ista hæc questio multorum adversariis libris pertractata disputaque.

Nunc pauca addam, quibus eam, quæ proximi versiculis descripta est, ceremoniam universam semel ante oculos ponam. Igitur cum jam substructa ara esset, atque erecti inerustatique lapides, et in his accuratissimè picta lex, insuper ritè sacrificatum, quibus ante diximus sacrificiorum generibus, tum demùm levitici generis aut perpetuò idem unus, aut vicissim plures viri (utitur enim Moses numero plurium) è medio loco, ubi ara sustinebatur à suis hajulis sacerdotibus, obvertebant se primum ad montem Garizim, hoc est, ad dextram latus, atque sublatâ, quantum poterunt, voce, tanquam faciales et solemnes stipulatores, pronuntiabant duodenas illas benedictionis verborum complexiones, quæ ex maledictionis formulâ, eâ quæ à Mose erat præscripta, faciliè concinnabantur, post singulas interpositio silentio approbationem populi utrinque adstantis veluti stipulantes, quâ auditâ, pergebat deinceps singulatum ad reliquas. Verbi gratiâ, spectans Levita ad Garizim clamabat primum: *Benedictus est à Deo, quisquis unam Jehovah* (sive solum Dominum), *non etiam deos alienos colerit, neque opus artificis factum maribus, quod abominatur Dominus, occultè sibi positum habuerit*. Et hic dum ille silentio insisteret, universus utrinque populus, tam qui ad Hebal quam qui

ad Garizim constiterant, succinebant, Amen. Deinde pergebat ille ad secundam benedictionem verbis hujusmodi: *Benedictus est à Deo, qui parentes suos honorat, non spernit, aut negligit*. Atque hic iterum tacens, audiebat ex utraque parte acclamantem populum, Amen. Itaque decurrebat deinceps Levita per duodenas benedictiones, cum singulas universus populus singulatum approbaret. Deinde avertet se versus montem Hebal, parique ritu duodenis illis execrationibus defungebatur, in singulis, ut dixi, insistens, concionisque universæ assensionem expectans. Cum porrò et benedictiones primum, et deinde maledictiones sic percussisset, et utramque approbationes audisset, subnectebat deinde illam Deuteronomii partem, quæ toto vicesimo octavo capite est perscripta, tanquam præcedentium pactorum explicationem, atque ita jusjurandum sanctum, fœdusque ritè cum Deo factum censebatur. Ex æquo igitur ad omnes tribus eum benedictiones, tum detestationes pertinebant. Quæ ratio, opinor, est, cur Moses duodenarium numerum, qui et tribuum est, observaret. Nam etsi alias spectarent Levitæ tribus, cum benedictiones pronuntiarent, alias, cum maledictiones, tamen simul ab omnibus approbationem tacitè stipulabantur, neque ullâ erat in re pars alterutra prærogativa, sed pari omnino fœre conditione, qui ad Hebal, cum iis qui ad Garizim consistere jussi fuerant. Uno enim eodemque sacramento et fœdere se obligabant ex æquo omnes Deo, non alter, quam si militum legio, concepti verborum formulâ, quæ per præconem aliquem pro imperatore stipulantem pronuntietur, in militari concione, CAPUT IX.

1. Quibus auditis, cuncti reges trans Jordanem, qui versabantur in montanis et campestribus, in maritimis ac litore magni maris, hi quoque qui habitabant juxta Libanum, Heithæus, et Amorrhæus, Chanaanæus, Pherezæus, et Hevæus et Jebusæus,
2. Congregati sunt pariter ut pugnant contra Josué et Israël uno animo eademque sententiâ.
3. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Josué Jericho et Hai,
4. Et callidè cogitantes, tulerunt sibi

aque communi confusisque multitudinis voce et acclamatione approbaret, imperatori dei nomen; æqua enim omnibus incumbit militiæ necessitas, parique auctoramento obligati omnes habentur, quemcumque locum quisque, dum confluent, ceperit. Videntur quidem castris, quæ ex justis nuptiis sunt præceatæ, loco potior, hoc est, ad dextram montem Garizim, habuisse subsellia. Nam Rubenitica et Zabulonitica, quæ ipsæ quoque ex liberis matribus propagatæ cum essent, tamen ad sinistram Hebal cum ancillarum prole sunt collocatæ, idè eam, ut videbatur, indignationem sustinebant, ut arbitrantur Judæi, quia Ruben paternum lectum commaculasset, Zabulon autem filiorum Lia natu fuisset minimus. Parem enim utrinque numerum esse oportuit; verùm in participando fœdere sacramento certum est æquam fuisse omnium sortem.

Sed cur, inquires, promissæ ipsos se circumfundere arce passus non est Moses? Neque enim alibi reperias in comitis sic tributum discretos Israelitas. — Respondet Levi F. Gersonis, nec inicit, ut nulli videret, Deum, ut pressus ob oculos omnium poneret, quantum esset inter benedictionem maledictionemque dissidium, adversa populo subsellia assignari voluit, quasi nefas esset, eadem utramque cœff regione pronuntiare. Itaque alteri ad dextram, benedictorum, alteri ad levam, maledictorum quidem personam sustinuerunt, at conditionem, ut apud Mathæum, cum Filius hominis pro illo angustissimo tribunali judicium exercebit totius orbis terrarum, sed tanquam in scenâ modò, pro rei specie exhibendâ.

CHAPITRE IX.

1. Toutes ces choses ayant été publiées, et le bruit s'en étant répandu dans tout le pays, les rois d'au-delà le Jourdain, ceux qui demeuraient dans les montagnes et dans les plaines, dans les lieux maritimes et sur le rivage de la grande mer, et ceux qui habitaient près du Liban, les Héthéens, les Amorrhéens, les Chanaanéens, les Phéréziens, les Hévéens et les Jébuséens,
2. S'unirent tous ensemble pour combattre contre Josué et contre Israël, d'un même cœur et d'un même esprit.
3. Mais les habitants de Gabaon, ayant appris tout ce que Josué avait fait à Jéricho et à la ville de Hai,
4. Et usant d'adresse pour être un peccé trait-